

De pena peccati original.

Foliū xxxvii

Ad 16 peccati quantum ad penam corporalem. ¶ Ad. xvi. dicitur quod magis homo contraheret peccatum a primo parente quam a primo. si per peccatum primi parentis tolleretur aliquid bonum nature sicut per peccatum primi parentis est ablatum. ¶ Ad xvij. dicitur quod ille qui fornicat de peccare in corpore suo non quod macula huius peccati sit in corde. imo est in anima sicut et grana cuius operis. sed quod complet hoc peccatum in corpore delectatione et in quadam corporis resolutione. quod in nullo peccato contingit. Nam in peccato gulae non fit aliquid resolutionis corporalis. In peccato vero spiritualibus non est delectatio corporalis.

Materia quinta de pe-

na originalis peccati. quinq; habens questiones. Prima vtrum pena originalis peccati sit carentia visionis. Secunda vtrum peccatum originale debeat pena sensibilis. Tercia. vtrum puniantur afflictionem interioris doloris. quod procedit cum solo originali. Quarta. vtrum mors et alij defectus huius vite sint pena originalis peccati. Quinta. vtrum mors et huiusmodi defectus sint huiusmodi naturales



Bestia e de

pena originalis peccati. Et queritur primo vtrum sit puniens pena peccati originalis carentia visionis diuine. Et videtur quod non quod videtur per philosophum. Frustra est quod ordinatur ad finem quem non consequitur. sed homo naturaliter ordinatur ad beatitudinem sicut ad vltimum finem quod habet beatitudo in visione diuina consistit. Frustra est homo si non puniatur ad visionem diuinam. sed deus propter peccatum originale non desistit causare hominum generationem. vi Damascenus dicit. Cum ergo in opere dei nihil sit frustra. videtur quod homo propter peccatum quod ex sua origine habet non incurrat ream carentie visionis diuine. ¶ Ezechiel. xvij. dicit. Quis autem me sunt. sicut anima filij mea est. ita et anima patris mei est. Et quomodo potest accipi quod oculus anime immediate sunt a deo create. et quod vna ab alia non traducitur. ergo pena que pertinet ad animam non debet alijs punire. pro peccato originali quod a primo parente traducitur. sed carentia visionis diuine est pena ad solam animam pertinens. sicut et ipsa visio diuina solius anime est. ergo carentia visionis diuine non est pena debita originali peccato. ¶ Ad. Aug. dicit in enchiridion. quod mirabilis est pena eorum qui pro solo peccato originali puniuntur sed Chrysostomus de super Machab. quod carentia visionis diuine est maxima pena et intolerabilior quam gehenna. ergo carentia visionis diuine non est puniens pena originalis peccati. ¶ Sed dicitur quod sola carentia visionis diuine est minor pena quam carentia visionis diuine cum pena sensus. que debet peccato actuali. ¶ Sed contra. pena cum sit malum quoddam in privatione alicuius boni

consistit. sed proportio privationum ad iniuriam est sicut proportio eorum que privantur. sic enim se habet surditas ad cecitatem sicut auditus ad visum. sed pro carentia visionis diuine privatur homo deo pro pena autem sensus privatur quodammodo bono creato. scilicet sensus delectatione vel aliquid huiusmodi bonum. Dicit enim Augustinus in libro confessionum ad dei loquentem. Qui te et illa novit. scilicet creaturas. non propter illa beatus. sed propter te solum beatus. ergo qui caret bono increato solo pro carentia visionis diuine non est minus miser quam ille qui cum hoc patitur penam sensus. ¶ Sed dicitur quod licet non sit minus beatus quantum ad primum continentiale. est tamen minus beatus quantum ad primum accidentiale. ¶ Sed contra. primum accidentiale se habet accidentaliter ad beatitudinem. sed pro intensiorem accidentis non intendit id cuius est actus. non enim si est magis albus quod propter hoc est magis homo. ergo beatitudo que essentialiter consistit in fruitione summi boni non intendit per quodcumque bonum creatum additur. ¶ Sed contra. si bonum increatum in infinitum excedat bonum creatum comparatur bonum creatum ad bonum increatum sicut punctum ad lineam. sed linea non efficitur maior pro adfectionem puncti. ergo nec pro additionem boni creati sit maior beatitudo que consistit in fruitione boni increati. ¶ Sed dicitur quod quibus deus sit bonum infinitum. tamen visio dei non est bonum infinitum. quod deus ab intellectu creato finite videtur. et ita quod privatur diuina visione privatur bono infinito. ¶ Sed contra. cuiuslibet subtrahitur sua perfectio privatur sua perfectio. sed visio est perfectio videntis. ergo cuiuslibet subtrahitur visio privatur ipso viso. et sic cum ipsum visum sit bonum infinitum. qui privatur dei visione privatur bono infinito. ¶ Ipsi dicitur est hominis merces. quod ad Abraham dicitur. Ego dabo merces tua magna nimis. Gen. xv. ergo qui privatur vltima mercede que consistit in diuina visione privatur ipso deo qui est infinitum bonum. ¶ Peccatum originale debet minor pena quam peccatum veniale. alioquin pena peccati originalis non esset mitissima. vi Augustinus dicit. sed peccatum veniale debet pena sensibilis. non autem carentia visionis diuine. Cum ergo indubitanter carentia visionis diuine sine pena sensus sit maior pena quam pena sensus sine carentia visionis diuine. videtur quod peccatum originale non debeat pro pena carentia visionis diuine. ¶ Sed dicitur quod etiam peccatum veniale debeat carentia visionis diuine ad tempus sicut et ipsa pena sensus. ¶ Sed contra. carentia addita plus aggravat penas carentie visionis diuine quam pena sensibilis repositiva. nullum enim ita bene dispositum est quod non veller potius quam cuiusque pena temporalis subire quam pro peccato diuina visione carente. si ergo peccatum originale puniatur pro peccato carentia visionis diuine. magis puniatur quam peccatum veniale. et ideo non est mitissima eorum pena. ¶ Sed contra. leges digni est misericordia que alieno vicio laboravit. si ille qui puniatur pro solo peccato originali laboravit alieno vicio. scilicet pro peccato primi parentis. ergo dignus est misericordia. non ergo debet ei pena gravissima que est carentia visionis diuine. ¶ Ad. Aug. dicit in libro de duabus civitatibus. reum tenere quecumque

760
 Sed dicitur quod licet non sit minus beatus quantum ad primum continentiale. est tamen minus beatus quantum ad primum accidentiale. ¶ Sed contra. primum accidentiale se habet accidentaliter ad beatitudinem. sed pro intensiorem accidentis non intendit id cuius est actus. non enim si est magis albus quod propter hoc est magis homo. ergo beatitudo que essentialiter consistit in fruitione summi boni non intendit per quodcumque bonum creatum additur. ¶ Sed contra. si bonum increatum in infinitum excedat bonum creatum comparatur bonum creatum ad bonum increatum sicut punctum ad lineam. sed linea non efficitur maior pro adfectionem puncti. ergo nec pro additionem boni creati sit maior beatitudo que consistit in fruitione boni increati. ¶ Sed dicitur quod quibus deus sit bonum infinitum. tamen visio dei non est bonum infinitum. quod deus ab intellectu creato finite videtur. et ita quod privatur diuina visione privatur bono infinito. ¶ Sed contra. cuiuslibet subtrahitur sua perfectio privatur sua perfectio. sed visio est perfectio videntis. ergo cuiuslibet subtrahitur visio privatur ipso viso. et sic cum ipsum visum sit bonum infinitum. qui privatur dei visione privatur bono infinito. ¶ Ipsi dicitur est hominis merces. quod ad Abraham dicitur. Ego dabo merces tua magna nimis. Gen. xv. ergo qui privatur vltima mercede que consistit in diuina visione privatur ipso deo qui est infinitum bonum. ¶ Peccatum originale debet minor pena quam peccatum veniale. alioquin pena peccati originalis non esset mitissima. vi Augustinus dicit. sed peccatum veniale debet pena sensibilis. non autem carentia visionis diuine. Cum ergo indubitanter carentia visionis diuine sine pena sensus sit maior pena quam pena sensus sine carentia visionis diuine. videtur quod peccatum originale non debeat pro pena carentia visionis diuine. ¶ Sed dicitur quod etiam peccatum veniale debeat carentia visionis diuine ad tempus sicut et ipsa pena sensus. ¶ Sed contra. carentia addita plus aggravat penas carentie visionis diuine quam pena sensibilis repositiva. nullum enim ita bene dispositum est quod non veller potius quam cuiusque pena temporalis subire quam pro peccato diuina visione carente. si ergo peccatum originale puniatur pro peccato carentia visionis diuine. magis puniatur quam peccatum veniale. et ideo non est mitissima eorum pena. ¶ Sed contra. leges digni est misericordia que alieno vicio laboravit. si ille qui puniatur pro solo peccato originali laboravit alieno vicio. scilicet pro peccato primi parentis. ergo dignus est misericordia. non ergo debet ei pena gravissima que est carentia visionis diuine. ¶ Ad. Aug. dicit in libro de duabus civitatibus. reum tenere quecumque